



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 19. S. Ambrosii Fama.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

quitia, contentionis, vindictæ fugiant, Sæculum IV. A. C. 396.
 alter alterius onera portent, divitiarum n. 83.
 causa non extollantur, hospites suscipiant, n. 86.
 in charitate proximi exerceantur. Con- n. 105.
 jux conjugii, parentibus liberi, servi Do- n. 106.
 minis, vicissimque, quæ debent, reddant.
 Quibus dotibus Episcopum ornatum esse
 oporteat, docet, præsertim in Ecclesia
 Vercellensi, ubi Clerici simul erant Mo- n. 66.
 nachii. Ut S. Ambrosius paucos ante obi-
 tum suum menses seipsum Vercellas con-
 ferret, & dissidentium animos compone-
 ret, necessitas postulavit; ipsius tandem vit. S. Gaud.
 opera Honoratus Episcopus electus est, Novar. Bol.
 maximorum meritorum vir, quem Eccle- Febr. Mar-
 sia Sanctis adnumeravit. tyr. Rom. 28.
Oct.

§. XIX.

S. Ambrosii Fama.

Sancti Ambrosii fama in remotissimas or- Paul. vit.
 bis plagas pervasit. Illa viros duos c. 25.
 ex Persia, illius gentis potentissimos, &
 eruditissimos excivit, ut Mediolanum ve-
 nirent, mandatis sibi quæstionibus Sapien-
 tiæ ejus experimentum capturi. Hi cum
 Ambrosio per interpretem a prima diei
 hora usque ad tertiam noctis, id est, fer-
 me ab hora sexta matutina usque ad no-
 nam vespertinam colloquia miscuere, &
 admiratione pleni regressi sunt, utque
 omnes scirent, causam unicam itineris
 fuisse, tantum virum conspiceret, statim

E 4.

die

Sæculum IV. die altera, ubi Imperatori salutem dixissent, viam ingressi sunt Romam, Probi Præfecti potentiam visuri, tuncque ad suos reversi sunt. Cum aliquando co-

Id. n. 30. mes Arbogastus cum pluribus Francorum Regibus, dum pacis fœdera inirent, mensæ accumberet, interrogarunt, num Ambrosium novisset? respondit: *novi virum, amici sumus, sæpe simul cibum capimus.* Reposuit ex Regibus unus: *hinc est, Comes! quod victoria te amet, cum sis amicus hominis, qui si soli dicat: sta! ipso jubente, sistitur.* Hæc dicta sibi relata fuisse, ait Paulinus, ab adolescente, qui Arbogasto ad mensam potum propinabat.

Id. n. 36. Non multo ante S. Ambrosii mortem, Marcomanorum Regina, cui nomen Frigil, de Ambrosio mira referentem Christianum audiens, qui ex Italia venerat, in Christum credidit, misitque Legatos, Ecclesiæ Mediolanensi munera deferentes, qui suo nomine Ambrosium rogarent, ut se per litteras veram fidem doceret. Scripsit ipse longam epistolam in Catechismi forma, in qua etiam suadet, ut Maritum ad servandam cum Romanis pacem inducat. Acceptis litteris, Regina Regi persuasit, ut cum suo populo Romanis se dederet, & ipsa Mediolanum venit, sed jam defunctum Ambrosium vehementer doluit. Epistola

la ab Ambrosio ad hanc Reginam data Sæculum IV.
A. C. 396.
non extat.

§. XX.

S. Ambrosii miracula.

Comitis Stiliconis mancipium, a Dæ-
mone torquente, liberatum, in Ba-
silica Ambrosiana morabatur, nam Domi-
nus ejus S. Ambrosium rogaverat, ut ho-
minem sollicite custodiret. Palam fa-
ctum est, hunc servum nequam falsas lit-
teras conscribere, in quibus tribunitia
potestas quibusdam conferebatur; non
nulli jam vinculis dati erant, qui, conficto
litterarum jure, confisi, ut Tribunos se
gesserant. Stilico, Sancti Ambrosii ro-
gatu, hac arte deceptos quidem libertati
restituit, at nullam servo poenam inflixit,
nisi quod ideo apud S. Episcopum quere-
retur. S. Ambrosius hominem, Basilica
egredientem, investigari, & ad se addu-
ci jubet; interrogat reum, & criminis
convincit; tum, *tradatur*, inquit: *Sa-*
tanae in destructionem carnis, ne imposte-
rum alii similia facere audeant! eadem
hora, & antequam omnia verba S. Epis-
copus protulisset, Spiritus immundus, in
eum insiliens, miserum fœde contorsit;
nobis omnibus, inquit Paulinus: *expa-*
vescentibus, subditque: illis diebus plu-
res Energumenos ejus imperio, & ma-
nuum impositione liberari vidimus.

n. 43

1. Cor. 5. 5.

E 5

Nice-